

Nobilissima Vir.

Qua nos hactenus diremisse visa sunt duo, alterum suspicio
 interceptarum hinc inde litterarum etsi forsan falsa, alterum
 valetudo mea certe vera, quae me prohibet etiamnum te
 coram salutare ac venerandum ob oculos sistere, non etiam
 vetabunt tantillum horum scriptiois qua pius me testis desituum
 vivere quam tui apud me deleatur memoria. ut vel hac audacia
 confessionem istam ex te exprimam dignum me esse quem ames.
 Qua fiducia plenus tribus te munusculis istis honorabo dicam
 an onerabo? Primum est de Casu lapidis quem propositi casurum
 e sole diurni temporis hoc est minutorum 1440 mora eundem
 casurum e luna sesquihoro hoc est minutis 90, porro autem
 hinc ad centrum telluris solis 12 minutis perventurum. Exptimen-
 tis sexcentis didici lapidem cadentem percolare 52 pedes secundis
 horarijs 1" - 10" Quoniam vero hinc ad centrum Telluris sunt
 huiusmodi diastemata 377409 admodum pedes 19625000
 sicut et festinatio casus procedit in ratione duplicata suorum
 momentorum (quod etiam imperio suo opere demonstravit Galilaeus)
 radix quadrata istorum diastematum est 614 2/3 Itaque ut se habeat
 1 ad 614 2/3 ita se habent 1" - 10" ad minuta 12 quod erat
 intendendum. Secundum sit ut vel verbulo me beare velis
 equid de Chronico Samaritano sit perandum? Tertium
 sit ut indagare velis quibus in locis quibus horis atque
 adeo minutis horarum observata sunt per Batavos orbe
 toto intra hoc proximum decennium Eclipses. ut cum
 obscurum istud sidus (praefertim dico) in lucem claram
 protraham etiam tu fulgeas. Phoebaei lampadis instar et
 irradiet in pectus

praefertim Hieron
Nemus Mai 1640

Aeternum Tui
Wendolini

Hug. 37.

Verspreiden

Handwritten text, likely a letter or document, written in a cursive script. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. The ink is dark and the paper shows signs of age and wear.

Handwritten signature or name at the bottom left of the page.

Handwritten signature or name at the bottom right of the page.

Faint, illegible handwriting in brown ink, possibly a signature or address, located in the lower-left quadrant of the page.



huyg
Nobilissimo Viro
CONSTANTINO
— HUGENO

Suo Celf. Arausiensi
a Secretis et
Hayam